

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

§. V. Solvuntur objectiones ab authoritate S. Script. & PP.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

ione, sed ex constanti ipsorum Thomistarum explicatione & doctrinâ, quam paulò inferius referemus, peti debet.

**3. Collige quinto.** Concursum indifferentem non tanèm esse inutilem ad salvandam dependentiam cause secundâ à causa prima, sed etiam implicatorum & indignorum DEO. Ratio primi est: quia ut salvaret dependentiam actus liber & determinationis creata à causa prima, deberet actus liber & talis determinatio ab illo concurso procedere; sed non procedit: tum quia à causa indifferenti non procedit determinatus effectus; tum quia ille concursus est naturâ posterior quam determinatio humana voluntatis: cùm enim ex se sit indifferens ad utrumlibet, ad odium vel amorem, consensum vel dissensum, ut potius sit ad consensum quam ad dissensum, accipit ex determinatione humana voluntatis, ac proinde illius ultimatum resolutionem experire debet.

Ratio secundi est primò: quia per illum concursum indifferentem DEUS cæco & ignoranti modo concurreter, cùm vi ipsius non posset scire, an potius ad consensum vel dissensum, odium vel amorem concurreter: unde secundò divina prædestinatrix scientia careret omnimodo certitudine: medium quippe certò videtur futurum effectum est certa & infallibilis cause preparatio, ut in Tract. de DEO probavimus; sed concursum indifferens non est certa, imò est nulla causa preparatio, hoc ipsis quod non sit prævis: igitur non est medium idoneum, per quod DEUS futurum effectum & actum liberum possit cognoscere.

Tertiò, quia per concursum indifferentem non salvatur dignitas gratiae efficacis: hæc enim S. Script. & D. Augustini stylo facit: ut suamus: hæc aptat nos in omni bono, Hebr. c. 11, hac mutat, convertit, subiicit voluntatem, tamque sibi facit obsequiem: facit ex nomine volentem, anferi cordis duritiam, est invicta, insuperabilis, dat vires efficacissimas, agit intus in voluntate. Quæ omnia concursu indifferenti accommodari non posse perspicuum est, & aliqui disponunt.

#### §. V.

Solvuntur objectiones ab anthoritate  
S. Script. & P.P.

**20. Objicies primò authoritatem S. Script. & SS. Opp.** Nam primò Eccl. 15. dicitur: DEUS ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui; adiecit mandata & precepta sua, si volueris mandata servare, conservabunt te, apopositi tibi ignem & aquam, ad quod volueris extendere manum tuam. Sublumis: at non reliquisti hominem in manu consilii sui, si eundem ad omnes suos actus prædefinisset ac prædeterminasset.

Respondeo S. D. q. 3, de pot. a. 7. ita objicis: Eccl. 15. dicitur: quod DEUS fecit hominem & reliquit eum in manu consilii sui: Non autem reliquisti, si semper in voluntate operaretur, ergo non operatur in voluntate operante.

R. P. Merz, Theol. Schol. Tom. II.

Et ad 12. Ita respondet: DEUS non dicitur dereliquisse in manu consilii sui, quia in voluntate operetur, sed quia voluntati hominis dedit dominum suum actum, ut non esset obligata ad alteram partem contradictionis, quod quidem dominum naturæ non dedit, cùm per suam formam sit determinata ad unum. Adeoque iuxta S. D. ratio, quod homo dicatur relinquens in manu consilii sui, est, quia ita DEUS operatur in voluntate eandem movendo, ut tamen voluntas ex se non sit determinata ad unum, quo modo formæ naturales sunt determinatae, sed retineat dominum & indifferentiam. Hoc ipsum clarissime confirmat in respons. ad 13. *Voluntas*, inquit, dicitur habere Dominum sui actus non per exclusionem causæ prima, sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet, sicut determinat naturam, & id est determinatio actus relinquitur in potestate, & voluntate actionis. Vides, quemadmodum operatio & motio divina in voluntate, non impedit libram determinationem voluntatis; quod tamen Adversarii falsò subsumunt, & inferunt.

Objicies secundò: D. Jo. Damasc. l. 2. de fid. 21. c. 30. inquit: Illud scire interest, DEUS omnia quidem præscire, sed non omnia præfinire; præscit enim ea que in nostra potestate atque arbitrio sita sunt, at non ita ea præfinit.

Respondeo primò: Omnipotens DEUS non ita præfinire ea quæ sunt in nostra potestate, sicuti præscit; præscit enim nostros actus tam bonos quam malos; at solum bonos præfinit, malos vero quoad formale non præfinit.

Respondeo secundò, ex S. D. qui hanc ipsam authoritatem sibi objecit in 3. contr. gent. c. 90. & t. p. q. 23. a. 3. ad 1. illam prædeterminationem à D. Damasco negari, que est cum impositione necessitatis, sicut est in rebus naturalibus, quæ sunt prædeterminata ad unum &c.

Objicies tertio: D. Augustinus l. 3. de lib. 22. arb. c. 18. ita loquitur: *Brevissimum tene, quacunque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato cedetur. Sed, inquis, physica prædeterminationi non potest resisti;* ergo. Secundo. Idem S. Pater l. de spir. & litt. c. 13. Legimus, non est potest nisi à DEO, non autem legimus, non est voluntas nisi à DEO: & recte non scriptum est, quia verum non est. Et Tertiò l. 7. de civit. DEUS administrat res, quas condidit, ut eas suos motus agere sinat. Quartò. Divina motio, quæ humanam voluntatem mover, crebro appellatur à S. Augustino vocatio, excitatio, usus, quæ non sunt motiones physicae, sed morales.

Respondeo ad primum: D. Augustinum non loqui de causa increatae movente iuxta modum naturæ convenientem; sed de causa secunda & creata. Ad secundum respond, nempe dari etiam voluntatem malorum, quæ non est à DEO, sed ab homine defectuose operante. Ad tertium patet responsio ex dictis, quod nimis physica prædeterminationi non impediat, quin voluntas creata ipsam determinet ad operandum. Ad quartum Respond. D. Augustinum ita agnoscatre moralē motionem, ut simul etiam agnoscatre

physicam.

H. 2.

physicam : quomodo alias illam posset appellare efficacissimam, iuvictam, insuperabilem ? &c.

23. Objicies etiam tritum illud, quod immerito Christus Matth. 15, exprobasset Corozaitis : *se in Tyro & Sidone facta essent virtutes, qua facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere paenitentiam egissent. Potuerint enim Corozaita jure optimo respondere : Quid nobis exprobras Tytios & Sidonios ? quid mirum, si illi viisi tuis miraculis egissent paenitentiam, cum tu illos ad agendum paenitentiam physicè prædeterminasses. Quod si tu nos ipsis pares fecisses in prædeterminando, utique & nos paenitentiam ageremus : sed non erat in nostra potestate facere , ut nos prædeterminares. Non minùs Iudei auditæ exprobatione Is. 5. Quid ultra debui facere vinea mea &c. potuerint se excusare & dicere : Domine, ultius tibi aliquid faciendum fuisset : nimis ruranda physica prædeterminatione, sine quā (inquit de Lugo,) impossibile erat fructum ferre pietatis.*

*Respond primò. Hanc objectionem etiam in Adversarios retorqueri posse : possent enim Corozaitæ etiam conqueri, & dicere : Domine, Tyrii & Sidonii viisi tuis signis ideo in te credidissent, quia tu illa patræs in talibus circumstantiis, in quibus per scientiam medium eos consensufores prævidisti : age, & in similibus circumstantiis hæc signa apud nos operare, in quibus nos pereandem scientiam medium consensu-ros esse noscet, & nos quoque in te cedemus.*

24. Videtur quidem Clarissimo P. Il lung in vindic. controv. 14. v. 6. hæc retorsio esse telum sine viribus: quia, inquit, licet permittatur his positis circumstantiis non fuisse in potestate Corozaitarum, ut haberent alia auxilia granitæ, in quibus per scientiam medium prævisi fuissent credituri, tamen in illorum potestate fuissent, ut cum his auxiliis congerentes fidem in Christum; at qui si necessaria ipsa fuissent prædeterminatione physica, quam habere non fuit in illorum potestate, tunc hoc ipso non habuerunt, nec in illorum potestate fuit habere potentiam proximam & completam ponendi fidem ac paenitentiam &c.

Verum hæc responsio nondum enervat vim retorsionis; quia assunt & supponit, potentiam proximam sine prædeterminatione physica non esse completam; quod melioris note Thomistæ nullus concederit, & supponenti probandum incumbit. Manet ergo firma vis & paritas retorsionis: Corozaitæ, in sententia Recentiorum, non habent justam causam sua excusationis; quia licet in his circumstantiis (quarum positio vel mutatio non est in potestate ipsorum) positi, nunquam sint credituri, aut paenitentiam acturi, tamen viribus liberi arbitrii, gratia sufficiente instructi, possent agere paenitentiam: ergo si idem non habent legitimam excusationem sua infidelitatis in sententiâ Thomistarum, quia licet, supposita carensia physica prædeterminationis, quæ habere non est in illorum potestate, nunquam sint credituri vel paenitentiam acturi, tamen reverâ viribus liberi arbitrii, gratia sufficiente instructi, possunt credere & paenitentiam agere.

25. Respond. secundò. Similem excusationem & querelam olim à Pelagianis D. Augustino fuisse oppositam; dicebant enim (prout ipse refert

In L. de corrept. & grat c. 7.) *cur corripimus, qui in reprobamus, reprehendimus, accusamus? obediens motionem intrinsecè efficacem & prædeterminativam ad obediendum ) nos accepimus: quid ergo corripimus, quasi eam nobis dare possumus? Responderi vero S. P. c. 7. Per perseveraniam quidem donum DEI, justè tamen corripimus, qui cum bene viventer, non perseverarunt, ex his quippe in malam vitam suam voluntate mutatis sunt. Itaque juxta prædictum S. Patrem, qui non obdiunt, nec perseverant, ideo justè reprehenduntur, quia propter auxilia sufficientia, quæ aciperunt, potuerint obediens & perseverare, & propriæ voluntatis malitia non perseverarunt, quantumvis ipsum donum perseverant, finis quo nemo perseverat, & quod ipsis DEUS minime conferre tenebatur, non receperint. Partim Corozaitæ nullam habebunt excusationem, quia, licet prædeterminationem sibi indebitam vi cuius actu paenitentier aut crederent, non aciperint, accepunt tamen auxilia sufficientia, ut credere & paenitire potuerint; nam prædeterminatione non dat posse, sed illud supponit. Si neque Iudei sub vinea parabola adumbra, habebunt justam excusationem, cur fructum legi non artulerint; fallum enim est, quod diphilie physica prædeterminatione fuerit impossibile hunc fructum afferre; cum pollerent libero arbitrio, auxiliis sufficientibus, quæ nemini DEU denegat, instructi.*

## §. VI.

### Objectiones ab authoritate D. Thome.

Objicies terciò authoritatem D. Th. & quidem p. 1. 2. q. 9. a. 6. ad 3. ubi dicit: *DEUS moveat voluntatem hominis, sicut universalis motor, ad universale objectum voluntatis quod est bonum, sed homo per rationem se determinata ad voluntatem hoc, quod est verè bonum vel apparet bonum &c.*

Secundò ibidem q. 10. a. 4. dicit: *DEUS via moveat voluntatem nostram ex se in differentium, non ex necessitate illam ad unum determinat.*

Tertiò q. 3. de pot. a. 7. ad 13. determinatio-  
nem actus, ait, *relinquat in potestate rationis & vo-  
luntatis.*

Quartò in 3. contra gent. c. 66. docet, concur-  
sum causa prima determinari & spatiarum per cau-  
sam secundam.

Quintò in q. 6. de malo. a. un. in c. inquit, *&  
ex necessitate moveatur ad volendum, tollitur ab  
beratio, exhortatio, preceptum, & punitio, laus &  
vituperium.*

Sextò in 2. dis. 37. q. 1. a. 2. ad 5. dicit, quod  
ideo agentia libera per se agant, quia per propria  
naturam & per proprium judicium actus sunt de-  
terminant.

Respond. ad primum: Illo loco non excluditur  
determinatione causa create præviam motionem  
universalis motoris, sed tantum motionem spe-  
cialem; sic enim DEUS ad actus malos non mo-  
vet creatam voluntatem, sed tantum ad bonos.  
Prout verbis statim subsequentibus indicavit S. D.  
dicens: *Sed interdum DEUS moveat aliquos ad  
aliquid determinatum volendum, sicut in his qui  
moveat ad gratiam.*

Ad 2. Relp. Hoc ipsum esse, quod omnes  
discipuli